ti lectione.’ expurgate uetus fermentum · ut sitis noua consparsio sicut estis
azimi excludendum ergo est omnem fermentum peccati de cordibus nr̃is ut
puramente & recta constientia · tamquam panes azimi efficiamur & rec
te pascha dñi caelebrare possumus.’ uerum si fermentum peccati & mali
tiae in corde tenemus. Non meremur pascha dñi caelebrare.’ & ideo aposto
lus ait.’ expurgate uetus fermentum · ut sitis noua consparsio sicut estis azimi
azimi sumus. si alieni sumus ab omni conscriptione peccati.’ modicum enim
fermentum ut apostolus ait. totam massam corrumpit.’ & ideo expurgare
& abiecere debemus a nobis omnem fermentum peccati · ut digne celebra
re paschae sollemnitatem mereamur · quia ergo participes nos facere
paschae dñs uoluit · oremus ut sacramenta eius digne sumamus · & iu
re benedictionem dñi consequi mereamur.’ haec est karissimi dies domi
nicae resurrectionis. & nr̃ae initium redemptionis.’ haec est inquam
dies quam fecit dñs. exultemus & laetemur in ea.’ hanc om̃s uoce con
sona laetu spũ · corde contrito caelebremus. & agamus spiritalem
in psalmis & hymnis laetitiam · in memoriam passionis & resurrecti
onis xp̃i in spe future uitae.’ ecce ista die quando audimus alleluia · quod
ammodo laetatur sp̃s nr̃ & iocunditate totus perfunditur.’ alleluia
namque laus in excelsis dño dicitur qđ nobis conuenit ut deuota mente om
ni tempore · die tamen isto pretipue laudem in excelsis dño decantae
mus. id est non solum ore · sed & iam opere perfecto dñm dñi nr̃m uoce
& corde · in laudibus exaltare studeamus. ut nos in caelesti uita perel
lum exaltare mereamur.’ qui cum dõ patre & spũ scõ uiuit & regnat
unus ds̃ p̃ in mortalia sc̃la sc̃lorum amen: FR · II · AD SCM PETRU · LEC
IN diebus illis. stans petrus in medio plebis dix̃: ACTUU APLORUM ·
uiri fr̃s · uos scitis qđ factũ est uerbum per uniuersam iudaeam · inci
piens enim a galilea · post baptismum quod praedicauit iohannes
ihm a nazareth: & reliqua: OMELIA LECT EIUSDEM
Breuiter omnia quae in simbulo continentur · conplexus est aposto

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0118